

CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA

25

1202, abril, 25. Toro.

O rei don Afonso IX de León (1188-1230) concédelles á igrexa de Mondoñedo e ó seu bispo don Pelaio II de Cebeira (1199-1218) o castelo de Portela con todo o couto de Vilarente e recibe, en compensación, a vila de Cobelas, Asanza, Vilela, a metade de Cedofeita e a herdade de Bárcena, que o bispo don Rabinato lle dera ó conde don Gómez a cambio do castelo de Folgoso. O monarca recibe, igualmente, o couto de Santa Baia da Devesa, a vila de Vilaframir, a herdade de Santa María do Monte e a igrexa de Piñeira coa herdade de Vilaselán.

A, *perg.* de 260 x 470 mm. Letra minúscula diplomática.

B¹, *perg.* de 365 x 340 mm.

B², *perg.* de 330 x 370 mm.

B³, *perg.* de 235 x 450, realizado polo notario Pedro Novo de Vilalba.

B⁴, *perg.* escrito polo notario Fernán Domínguez, de 245 x 450 mm.

C, *papel*,

Ed.: FLÓREZ, vol. XVIII, pp. 363-366.

(Crismón). In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Regis catholici interest sancta loca et cathedrales sui regni ecclesias diligere venerari et eas in iure su conseruare et manutenere ac beneficiis ampliari vt temporalia largiens eterna / consequi mereatur. Iccirco ego Adefonsus Dei gratia rex legionensis et Gallecie una cum uxore mea regina domna Berenguela et filio meo domno Fernando per hanc cartam semper ualitaram notum facio uniuersis tam presentibus quam futuris / quod do et hereditario iure concedo et Deo sedi minduniensi et uobis domno Pelagio eiusdem sedis venerabili episcopo ac uestris successoribus illud meum castellum de Portela cum toto suo cauto de Villarenti integre et cum toto illo iure in quo stabat / illo tempore quando Rabinatus antecessor uester dedit comiti domno Gomicio in concambium pro castello de Felgoso cum consensu et mandato patris mei illustrissimi regis domni Fernandi. Ipsum autem castellum uobis do ut vos et omnes successores uestri et / uestra ecclesia illud habeatis in sempiternum ita libere et quiete sicut illud quod melius habetis et liberius possidetis. Hoc autem facio pro remedio anime mee et animarum patris mei et auorum meorum et quia de uobis et de uestra ecclisia in concambium recipio / cautum sancti Vincentii, villam de Couelas cum uoce regia villam de Asanza cum hereditate et cum familia villam de Uilela cum hereditate et cum familia medietatem hereditatis de Citofacta hereditatem de Varcena hereditatem que dicitur casale / de Maon hereditatem que dicitur Fuleiroos hereditatem que dicitur Pagadi cum toto alio que habetis in cauto sancti Vincentii. Recipio etiam a uobis in concambium predicti castelli cautum de sancta Eolalia de Diuisa cum uilla que dicitur Uilla Fraamir et / cum hereditate sancte Marie de Monte villam que dicitur Uillaurt cum hereditate et familia Bralanduiro cum hereditate et familia Villam Aldrit cum hereditate et familia villam de Cindi cum hereditate et familia hereditatem de Sixto villam que dicitur / Meiringos. Recipio inquam ipsum cautum de sancta Eolalia cum quanto ibi pertinet ad ecclesiā uestram. Recipio etiam in concambium eiusdem castelli hereditatem ecclie de Pinnera cum tota alia hereditate quam ibi habetis et cum hereditate ecclie / de Villasallam. Hec omnia super postia de vobis mindoniensi episcopo et de sede uestra recipio in concambium sepe dicti castelli de Portela et do illa ciuibus et populationi de Ripaeue ita tamen quod uos retineatis uobis et eccliae uestre predictas ecclias cum primiciis et decimis que debent / fideliter et sine diminutione dari et integre persolui et cum tanta hereditate quanta fuit de beneplacito ciuium de Ripaeue et ita etiam quod non liceat unquam predictis ciuibus uel concilio de Ripaeue uendere uel suppignorare aut commutare uel alio modo dare aliquam / de predictis hereditatibus alicui ordinu uel religioni nisi sedi uel episcopo mindoniensi. Et tam uos episcopi et ecclia uestra quam uos ciues tenemini ex pacto ecclias uel aliquas de predictis hereditatibus non dari alicui in comedam nisi sedi mindoniensi uel concilio de Ripaeue. Addo / tamen quod in his omnibus supradictis episcopis et canonici partem habeant in pratis et pascuis et in montibus ad scindendum ligna.

Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno uel aliquis alius contra hoc factum meum ratum et firmissimum ad illud cassandum uel infringendum seu reuocandum uenire modo aliquo attemptauerit iram Dei habeat omnipotentis et maledictionem / et regiam indignationem incurrat et quod inuaserit in triplum uobis et sedi uestre restituat et regie uoci in penam tria milia morabitinorum persoluere conpellatur carta in suo robore firmissima permanente.

Facta carta apud Taurum viiº kalendas maii sub Era mº ccº xlº. Regnante rege domno Adefonso Legione Gallecia Asturiis et Extrematura (*Signo rodado, co león no centro, coa lenda ó redor: Signum Adefonsi regis Legionis.*)

(1ª col):

Petro iiiº compostellano archiepiscopo

Manrico legionensi episcopo

Iohanne ouetensi episcopo

Lupo astoricensi episcopo

Marino Cemorensi episcopo

Gunzaluo salamantino episcopo

Roderico lucensi episcopo

Adefonso auriensi episcopo

Petro tudensi episcopo

(2^a col):

Comite Froila domni regis vasallo

Ruderico Petri tenente Extrematuram Cemoram et Taurum

Gunzaluo Iohannis tenente Limiam et Montemrosum

Roderico Gundisalui tenente Trastamarem

Nunno Nuniz tenente Lemos

Fernando Garsie maiordomo curie domni regis

Munione Ruderici signifero domni regis

Petro Fernandiz de Uanauidas regine maiorino qui tenet Sarriam et Montemnigrum

(Parte inferior):

Domno Petro Uele domni regis cancellario. Adefonsus scripsit.

(Reverso):

Karta regis Adefonsi de concambio Ripaeue pro Portela. (Letra posterior): in castelo de Felgoso et de castello de Portela et cauto de Villarenti.